

75

Race castrum & omnia circumjacentia demoliti
sunt. Duae enim cognationes scilicet Pitonis &
Henrici contendebant propter principatum Pre-
berlaus si ab eis inventus fuisset; mortuus fuisset
Agitabantur tam in Dania quam in Saxonia
bellorum tempestates super omnia tamen Slavicus
furor Holsatorum fines ita invasit ut jam pene
Falderensis pagus in solitudinem reductus fuisset.
Sed Vicelinus cum fratribus miris claris vir-
tutibus, nam infirmi curati, obsequi liberati sunt
innumerabiles ac miro modo in istis tribulatio-
nibus fovit de suis pauperes Christi horrabaturque
populum ad litanias et orationes quia dies
mali instarent. Nam et res bella venerunt et
Plunenes terra et Lutkenborch ac Aldenburgen-
ses simulque castra Segeberg et Hammenburg
succensa sunt ac desolata.

Cap. 20.

Post hoc Adolphus comes prius reedificato castro
Segeberg vocavit ad terram Holsatorum desolatam
de Flandria, Hollandia, Westphalia, Frisia, Praejecto ru-
rales. Post hoc in illo loco qui dicitur Eucow inter
Trabenam et Wokunze in vallo urbis desolata quam
aedificaverat Erico Dei tyrannus aedificavit civita-
tem nomine Lubeke eo quod non longe abeset à ve-
teri portu et civitate quam Henricus princeps olim
constituerat et cum Nicoloto principe Obotritorum
amicitias